



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Xenodochium, sive Hospitale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

A D D I T I O.

Xenodochium, sive Hospitale.

Hospitale sine Episcopi auctoritate constructum, est locus profanus, nec gaudet immunitate, nisi superveniat Episcopi auctoritas, vid. Syl. *Hospitale* q. 3. & *Immunitas*.

Hospitali, cum instituitur, debet dos assignari, ut Ecclesie, & cum laeditur, restituitur in integrum, sicut Ecclesia.

Potest in eo poni rector sine Episcopi auctoritate, nisi habeat curam animarum, servanda tamen consuetudo.

Hospitalis etiam sine auctoritate Episcopi facti cura ad Episcopum pertinet, est enim pater pauperum, non tamen tenetur ad procuratorem Episcopi visitantis vid. Triden. *sess. 7. c. ult.*

Hospitalis administrator non tenetur rationem reddere ordinario, si id expresse cautum in ejus institutione, *Ex Congreg. Conc.*

Hospitali, seu alii loco pio relicta, posteaquam sunt incorporata, non possunt alienari sine Juris solemnitate. Summi-
stæ *verb. alienat. Panorm. & alii DD. in c. nulli de reb. Eccl. non alien. Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. de reform. Extravag. c. ambitiosa de reg. Ecc. non alien.*

Hospitali habenti curam, vel annexo Ecclesie curatae, potest praefigi religiosus.

F I N I S.

